

Sallusti Crispi: De Catilinae Coniuratione 7,1-7:

1) Sed ea tempestate coepere se quisque magis extollere magisque ingenium in promptu habere. 2) Nam regibus boni quam mali suspectiores sunt, semperque iis aliena virtus formidulosa est. 3) Sed civitas incredibile memoratu est adepta libertate quantum brevi creverit: tanta cupido gloriae incesserat. 4) Iam primum iuventus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usum militiae discebat, magisque in decoris armis et militaribus equis quam in scortis atque conviviis lubidinem habebant. 5) Igitur talibus viris non labor insolitus, non locus ulla asper aut arduos erat, non armatus hostis formidulosus: virtus omnia domuerat. 6) Sed gloriae maximum certamen inter ipsos erat: se quisque hostem ferire, murum ascendere, conspicere, dum tale facinus faceret, properabat. Eas divitias, eam bonum famam magnamque nobilitatem putabant. Laudis avidi, pecuniae liberales erant; gloriam ingentem, divitias honestas volebant. 7) Memorare possum, quibus in locis maxumas hostium copias populus Romanus parva manu fuderit, quas urbis natura munitas pugando cepерit, ni ea res longius nos ab incepto traheret.

ea tempestate =	eo tempore
se extollere	sich herausheben, sich hervortun
promptus, -us m.	Bereitschaft
in promptu habere	zur Geltung bringen
formidulosus, -a, -um	beängstigend, schrecklich
adipisci, adipiscor, adeptus sum	erlangen, erreichen
cupido, -inis f. = cupiditas, -atis f.	Begierde, starker Wunsch
incesserat (incedere, incedo, incessi, incessum)	... war aufgekommen
iam primum	zunächst einmal
simul ac = simulatque = ubi	sobald
belli patiens (gen. obiectivus)	wehrfähig, waffenfähig
usus, -us m.	Praxis, Gebrauch, Umgang mit ...
decorus, -a, -um	schön
scortum, -i n.	Dirne, Prostituierte
convivium, -i n.	Gelage
insolitus, -a, -um	ungewohnt
arduos (= arduus)	steil, unzugänglich
ferire	niederstrecken, schlagen
avidus, -a, -um	(be)gierig nach
liberalis, -e	freigiebig, großzügig